



1905

BOLLETTINO DELLA SOCIETÀ PER GLI STUDI
DI STORIA, D'ECONOMIA E D'ARTE
NEL TORTONESE

SOMMARIO DEL FASCICOLO VIII.

8

- R. MAJOCCHI - FRAMMENTI CRONISTORICI TORTONESI DI LORENZO E
DERTONINO OPIZZONI.
P. LUGANO - LE ULTIME VICENDE DELL'ABBZIA DI PRECIPIANO.
RECENSIONI - NOTIZIE - INDICE.

TORTONA
TIP. LIBRERIA ADRIANO ROSSI
DICEMBRE MCMV

AVVERTENZA

La Tipografia Adriano Rossi è autorizzata a riscuotere le quote sciali.


Chi non avesse ricevuto qualcuno dei fascicoli, senza rifiutare con tal pretesto il dovuto pagamento, lo richiami alla tipografia dando precisa conferma del proprio indirizzo.

L'anno sociale che correva dal 1° Luglio al 30 Giugno, per decisione dell'assemblea generale del 19 Marzo, decorrerà invece dal 1° Gennaio al 31 Dicembre.

SOMMARIO DEI FASCICOLI USCITI

- I.º - STATUTO - COMUNICAZIONI DELLA DIREZIONE.
C. Sanquirico - TORTONA E LE SUE COMUNICAZIONI FERROVIARIE.
D. Sant'Ambrogio - LA LAPIDE DI PERINO DA TORTONA.
RECENSIONI - NOTIZIE.
- II.º - L'ASSEDIO DEL CASTELLO NEL 1799.
TORTONA NELLA CORRISPONDENZA NAPOLEONICA.
RECENSIONI - NOTIZIE.
- III.º - V. Poggi. ARTISTI TORTONESI DEL RINASCIMENTO A SAVONA ED A GENOVA.
A. A. I CODICI BOBBIESI E L'EVANGELARIO PURPUREO DI SAREZZANO.
V. Legè. LA DERIVAZIONE D'ACQUE DAL CURONE - CONVENZIONI TRA VOLPEDO, CASALNOCETO, CASTELLARO, VOLPEGLINO, VIGUZZOLO.
RECENSIONI - NOTIZIE.
- IV.º - DONO DI S. M. IL RE ALLA SOCIETÀ.
R. A. Marini - DOCUMENTI DELL'ARCHIVIO MUNICIPALE DI TORTONA.
A. A. MARZIANO DA TORTONA.
E. Ferrero - UNA NUOVA LAPIDE CRISTIANA DEL TORTONESE.
RECENSIONI - NOTIZIE.
- V.º - D. Sant'Ambrogio, - IL TRITTICO DI MACRINO D'ALBA IN TORTONA.
F. Eusebio. - SULLA NUOVA LAPIDE CRISTIANA DI TORTONA.
A. A. - NAPOLEONE ED IL CASTELLO DI TORTONA.
RECENSIONI - NOTIZIE.
- VI.º - P. E. Cereti - L'ASSEDIO DI TORTONA NEL 1745.
D. Sant'Ambrogio - UNA PALA D'ALTARE TORTONESE IN PAVIA.
RECENSIONI - NOTIZIE.
- VII.º - F. Gabotto - DEL REGGIMENTO E DEI RIVOLGIMENTI INTERNI DI TORTONA DAL 1156 AL 1213.
G. C. Abba - ALBERTO LEARDI.
E. Torelli - DESAIX NEL TORTONESE ALLA VIGILIA DI MARENGO.
RECENSIONI - NOTIZIE.

L'Indice delle annate 1904-905 sarà unito
al primo fascicolo del 1906.





SOMMARIO DEL FASCICOLO VIII.

R. MAJOCCHI - FRAMMENTI CRONISTORICI TORTONESI DI LORENZO E

DERTONINO OPPIZZONI.


P. LUGANO - LE ULTIME VICENDE DELL' ABBAZIA DI PRECIPIANO.

RECENSIONI - NOTIZIE - INDICE.

TORTONA

TIP. LIBRERIA ADRIANO ROSSI

DICEMBRE MCMV





FRAMMENTI CRONISTORICI TORTONESI

DI LORENZO E DERTONINO OPPIZZONI

Debbo alla cortese concessione di S. E. Monsignor Iginò Bandi, Vescovo di Tortona, la pubblicazione di questi frammenti cronistorici tortonesi. Li trassi da due grossi volumi manoscritti, conservati nell'Archivio della Ven. Curia Vescovile di quella città, nei quali le nostre notizie stanno confusamente disposte fra le trascrizioni dei più disparati documenti dell'Archivio del Comune.

I due volumi sono dovuti ad un Lorenzo e ad un Dertonino, padre e figlio de Oppizzonibus, il primo dei quali era notaio e cancelliere del Comune di Tortona negli ultimi decenni del secolo XV e sul principio del secolo seguente. E per istruzione dei figli, e per amore alle memorie della sua patria, Lorenzo prese a trascrivere le carte e le pergamene che al suo tempo custodivansi nell'Archivio di Città, aiutato nell'opera da Dertonino, che scrisse buona parte dei due volumi sotto dettatura del padre.

Le notizie anteriori all'ultimo quarto del secolo XV sono desunte da cronache e diarii ora perduti o nascosti e alla ricerca dei quali dovrebbe dirigere le sue indagini il simpatico manipolo di studiosi che ora attende alla illustrazione storica della vetusta città.

L'allusione a queste cronache e a questi diarii tortonesi è chiara nella annotazione che fa seguito alla narrazione del saccheggio di Tortona del 1340 e in quella che leggesi dopo le notizie del 1376 al fol. 4 tergo del Vol. I.

Dal 1376 al 1486 cessano le notizie desunte da anteriori cronisti. Con quest'ultimo anno cominciano invece le annotazioni dovute direttamente all'Oppizzoni, riguardanti fatti politici, delitti, morti, feste, dicerie, e tutto quanto oggi in una città è riservato all'indagine ed alla narrazione del cronista di giornale.

Forse ai più potranno queste notizie sembrare minutezze e quisquiglie; ma io ho creduto di chiedere per esse ospitalità nel Bollettino Storico di Tortona, perchè tutto è prezioso per la storia di una città che, come questa, manca tuttora di un corpo di storia che riassume ed illustri le sue vicende politiche, economiche, artistiche e religiose. Parecchi illustri tortonesi ci hanno lasciato pregevoli frutti dei loro studii e delle loro ricerche, e fra essi ricordiamo, a titolo di speciale elogio, il canonico G. A. Bottazzi e Ludovico Costa; ma i loro sono lavori frammentarii, per quanto di prima importanza, nè si estendono più in là del principio della dominazione viscontea su Tortona.

Nella pubblicazione delle note cronistoriche degli Oppizzoni, abbandonato l'ordine di successione delle notizie nelle pagine dei due volumi, ho seguito l'ordine cronologico, indicando alla fine di ciascun tratto il volume e la pagina da cui l'ho desunto.

Pavia, 28 Ottobre 1905.

Sac. Dott. RODOLFO MAIOCCHI

Conservatore del Museo Civico di Storia Patria.

Hec scripta sunt pro memoria rerum antiquarum et extracta a quodam libro veteri per me Dertoninum de Opizonibus filium domini Laurencii, iussu et mandato dicti domini Laurencii patris mei, legentis in dicto libro veteri, anno Domini currente MCCCCLXXXIIIJ, die X mensis marcii.

(Vol. I fol. 4 tergo).

Cronica Terdone et quando Civitas ipsa fuit destructa ab Imperatore Federico Barbarubea.

Terdone est quedam civitas inter Ianuam et Papiam sita, terra satis optima, que presullibus dotata [est] (1) Martiano et Innocencio condignis patronibus, qui quotidie assistunt pro ipsa.

In patria [hac], Adriano imperatore,

Martir Christi Marciane — sacerdos et hostia

Ferro caput obtulisti — pro fide catholica (2)

O Tirampne vir Saprici — et crudellis bestia

Martianum presut digne — Innocenti et pastor

ecclesie .

Civitatis Terdonensis, — Constantini tempore,

Sanctum corpus Marciani — latens, longo tempore,

Miro modo reperisti — sub sambucij arbore (3).

(1) Pongo tra parentesi quadre le parole di supplemento che ho creduto indispensabili per la intelligenza del testo.

(2) Si noti la forma metrica del testo in corsivo, che credo dover segnalare, perché ha la forma di un antico inno o sequenza che riassume la credenza popolare intorno ai due Santi Patroni. E' nota questa composizione?

(3) Tradizione questa affatto nuova alla agiografia tortonese.

Credimus hoc esse factum monitu angellico, testimonium prebente Iacobo presbitero.

*Hinc thesaurum sic repertum — sub ignoto latere,
Tu ibidem condidisti — sub prescripto latere.*

Hinc signa afuerunt et afuerunt Celsus et Gaudencius, simulque omnis Clerus cum civitatis popullo.

*Eia, ergo, Marciane — miles Christi inclite,
Sis pro me tu advocatus — Cum Maria Virgine,
Ut de mari liberatus — Et huius mundi pellago,
Sursum ferar Deo gratus — in Sanctorum gremio.*
[Amen.]

De Terdona iterum.

(Quomodo dicatur a tribus donis et que sint illa dona, in secundo tractatu invenies in littera 1).

Terdona, tridona, mediolanensis provincie, a tribus nuncupata donis [est], que ut comuniter fertur sunt hec.

Nam in predicta civitate est quedam parentella, que appellatur illorum de Somma Ripa, de quibus dicitur quod quando aliquis eorum debet mori, apparet alicui eorum modicus sanguis in aliqua materia, et tunc signum est manifestum quod aliquis de parentella predicta est in proximo moriturus.

Hunc sanguinem vidi, post cuius apparicionem in brevi unus eorum mortuus est. Hoc est unum donum.

Aliud est quod in quadam villa diocesis therdonensis que vocatur Paterna, est quedam ecclesia, in qua antiquitus, in certo loco eiusdem, consuevit oleum modo mirabilli emanare, cuius beneficio ignis in predicta ecclesia fovebatur.

Tercium donum est, quod in villa una eiusdem diocesis, que Carbanea nuncupatur, quasi Carum Balneum, est ecclesia, in qua in certo loco eiusdem,

in uno dierum Ebdomade Sancte, modo mirabilli emanat aqua, de qua, ut fertur, qui baptizatus fuerit, a lepre vicio non poterit contaminari nec a malla bestia devorari.

Propter huiusmodi tria dona dixit quidam: *Pro tribus donis similis est Terdona leoni.*

In legenda item sancti Innocentii episcopi terdonensiis habetur quod primi milites et robusti habitabant in ea, hoc est in Terdona. Marchomannos ipsi dimicabant, ita ut non possent contra Imperium caput levare, ideo, ter in anno, ab imperatoribus dona consequabantur. Pro eo dicta est filia Rome, eo quod viros preliatores haberet et dillectos ab omnibus imperatoribus.

Anno nativitatis Domini millesimo centesimo quinquagesimo quinto, decimo sexto calendas Marcii, prima et secunda feria intrantis quadragesime, terdonensis civitas et suburbium obsessa est ab imperatore Friderico, et eadem civitas obsessa fuit decimo quarto kalendas maii, et usque ad fundamentum, nequicia Papiensium, fuit desolata. Et in kalendis maii per Mediolanenses est rhedificata, et miserunt epistolam cum tribus donis, scilicet: Tuba enea, ad convocandum popullum, vexillo albo cum cruce rubea, in quo etiam erat sol significans Mediolanum, et luna significans Terdonam. Miserunt etiam sigillum ad sigillandum litteras, in quo erant schulpte due civitates, Mediolanum videlicet et Terdona. Quoniam sicut sol et luna sunt luminaria hujus mundi, sic Mediolanum et Terdona sunt totius luminaria Regni.

Exemplar epistole quam misit popullus mediolanensis popullo terdonensi demonstrans ad invicem amorem.

Consullatus popullusque Mediolanensium consullibus

Terdonensium omnique popullo salutem et de inimicis triumphum.

Concto Romano Imperio notum fore credimus urbem vestram, quam de cetero confidenter nostram dicemus, contra fas et pium, iniuria, penitus destructam, a nobis audaciter, nec minus civiliter restauratam esse, murisque omnium nostrorum civium constructis circumdatam et in melius, Deo auctore, melioribus auguriis, reformatam. Tria itaque civillia signa, ad perhennem memoriam, ad vos dirrigimus: Tubam, videlicet eneam qua popullus in unum convocetur, vestrum significantem incrementum; Album vexillum crucem Domini Nostri Salvatoris Christi rubeo colore habens per medium, significans a manibus inimicorum, post multas et magnas angustias, vos esse liberatos. In quo sollem et lunam designari iussimus; sole Mediolanum, luna, Terdona figuratur. Luna que lumen a solle suum trahit omne, a Mediolano Terdona suum trahit esse: illa duo mundi sunt lumina, hec duo Regni. Sigillum quo vestre signentur carte, continens in se duas civitates Mediolanum et Terdonam, designans Mediolanum cum Terdona ita esse unitum, ut separari numquam amplius possit. Millenus centenus quinquagesimus annus quintus erat Christi, cum lapsa reflecta fuisti. Arnadius et Amizio nec non et Arialdu, Godofredus, Petrucius atque Pedrozus, quoque Gilbertus, Firmus et Guillelmus, alter Arialdu, Marchisiusque mediolanensem popullum tunc forte regebant.

Hunc ergo epistolam ut pupillam oculi custodiri et in omne evum reservari vollumus.

1340.

Heu me! dollens sum de civitate Terdona, que, anno milleno tercentum simul cum quadrageno, a

furore Theotonicorum et eorum sequacium obsessa, perdidisti multa bona. Nam terras tuas, tempore debito, non seminasti; insuper suburbia tua magna et pulcra fuerunt dirrupta et a collonis eorum amarissime derelicta, et, quod hiis omnibus gravius est, orrendum, detestabile et nephandum, quod ecclesie tue multe et plures nobilles abacie fuerunt expoliatae et profanatae, nequicia ferina quibus fuisti crudeliter viduata. Hoc mallum tibi fecerunt Dei et proximi inimici, nec non et nefanda rabies Thëotonicorum, nimium virorum crudellium, et sequaces eorum a quibus fuisti quinque mensibus obsessa, ita luciferina qui te devoraverunt rapaci fame lupina.

Hec malla tibi venerunt quia habitatores tui ad bonum pacis et concordie nimis duri sunt et fuerunt.

Hanc obsidionem fovit, ut dicitur, quidam Rector Mediolani, nomine Luchinus, et plures habitatores, Terdonam propinqui, victualia ministrando. Sed per omnia benedictus Ille, absque cuius nutu nec passer ad terram, nec folium cadit arboris, qui hanc obsidionem amovit, ut fertur, per Vicarium suum Summum Pontificem dominum Benedictum et per regem suum dominum Robertum.

Si ergo vis, o Terdona, quietari, dives esse et pacari, serva pacis et concordie federa. Nam ut dicit Augustinus, concordia parva facit magna, discordia vero magna facit parva. Et Hieronimus: concordia parve res crescunt, discordia maxime dillabuntur. Ad ipsum ergo bonum pacis et concordie, o Terdona, si pertingere curabis et in ipso perseverabis, terram tuam restaurabis et perdita recuperabis, Sanctorum auxiliis Marciani et Innocenci, Sixti atque et Laurenti qui tui patroni sunt.

Istud quod hic dicitur de Civitate Terdona a furore Theotonicorum obsessa, debet esse inferius in minori sive in secundo tractatu in lettera T, ubi sic dicitur:

Terdona, Terdona, etc., ubi etiam habetur quando civitas predicta ab Imperatore Frederico fuit obsessa et capta et usque ad fundamentum nequicia Papiensium fuit desolata.

1374.

Et MCCCLXXXIII fuit epidimia maxima.

1375.

MCCCLXXV, indicione tertia decima, fuit tam magna caristia quod Terdona ad tantum devenit quod multi homines mortui sunt fame et comedebatur cacha bovina facta ex melle et speciis loco panis; et vere nisi fuisset tantum mel illo anno, quasi omnes laboratores fame periissent. Et etiam herbe et radices tam silvestres quam domestice comedebantur. Et de mense martii vidi vendere quatuor starios panis pro florenis octo et ambroxinis xiii et denariis viii. Et nisi dominus Galeaz Vicecomes non subvenisset Comuni Terdone, oportuisset homines dictam civitatem derelinquere et alienos lares visitare.

1376.

MCCCLXXVI, die sabati, xxi mensis Iunii, venit societas Berthonorum in suburbiis Terdone hora quasi terciarum. Qui Berthoni ibant causa recuperandi civitatem Bononie et alias civitates quas Ecclesia perdiderat et habuerunt passum a domino nostro Galeaz Vicecomite.

Et erant isti Berthoni numero duodecim millia equitum et die sequenti circha auroram equitaverunt usque ad Broni et castrametati sunt circha illum locum et nichil potuerunt facere et cum magno pudore reces-

serunt. Et dicto die xxi junii quatuor millia Berthonorum iverunt ad locum Castellarii Squarzonorum et inciserunt viridarium domini Gili de Guidebonis.

1486.

Mcccclxxxvi die mensis Novembris, dominus Robertus de Sancto Severino, suis cum militonibus, a Bononiensibus in predam datis aufugit paucis salvis ad Ravenates et deinde ad Venetos. Hoc meo nomine magnificis dominis Comisariis, Potestati, Referendario nunciabis et amicis.

1487.

Mcccclxxxvii die xxiii mensis Januarii, dum dominus Iohannes Francischus de Sancto Severino comes Cajacie esset in terra Novarum cum magna Comitiva gentium armatorum pedestrium et equestrium ducalium aufugit cum suis millitonibus ad terram Sarravallis et ea die gentes armigere regis Franchorum intrarunt dictam terram Novarum et deinde ea die vel sequenti ceperunt terram Pozzoli Formigarii, procedentesque intrarunt castra et terras Boschi, Fregaroli, Basaruzzii, Sezadii.

mcccclxxxvii, die decimo mensis Augusti, prefactus dominus Robertus capitaneus exercitus Venetorum contra Theotonicos in partibus....., rupto dicto exercitu Venetorum, fuit interfectus, a dictis Theotonicis.

Millesimo suprascripto, die II Septembris, nocte precedenti, suspensus fuit Comelus de la Bruna de Cecima, super feria, extra portam sancti Grani (?) Terdone, existente commissario ducali in Terdona Bernardino de Curte cuius merito captus fuerat dictus Comelus die precedenti in Godilasio Marchionum, etc.

1488.

Mcccclxxxviii, die x aprilis, capta fuit terra Novarum per gentes ducales Mediolani, que detinebatur per dominum Batestinum de Campofregosio; in qua terra Novarum tunc erat prefectus dominus Batestinus filius quondam domini Perrini tunc dominus ipsius terre, qui tunc aufugit et ivit Pontogium dominorum de Flisco, etc.

Millesimo suprascripto, die xiiii aprilis predicti, interfectus fuit come Hieronimus de Riario tunc dominus civitatum Imole et Forlivii et fuit interfectus in dicta civitate Forlivii a Forlivianis.

Mcccclxxxviii, die ultimo mensis maji, magnificus dominus Galeotus de Manfredis, dominus Favencie interfectus fuit a quodam ejus camerario in dicta civitate Favencie.

Millesimo suprascripto, die secundo junii. Comes Iohannes Petrus de Bergamino ducallis armorum ductor et tunc deputatus in civitate Forlivii ad regimen et gubernacionem ejusdem civitatis Forlivii, interfectus fuit in suprascripta civitate Favencie, ita et taliter quod cum esset cum sexaginta sociis non evaserunt nisi quatuor.

Millesimo suprascripto, prefectus dominus Baptestinus de Campofregosio, die sexta mensis augusti, intravit Januam cum adiutorio dominorum de Flisco et aliorum suorum amicorum ac nobillium de Aurea, expulso de pallacio Ianue reverendissimo domino Paulo de Campofregosio eius patruo cardinali etc. tunc duce Januensium, qui aufugit in Casteleto Janue, simul cum Favorino filio ipsius cardinalis, nulla facta resistencia.

Mcccclxxxviii, in exitu mensis octobris, illustrissimus dominus Johannes Galeaz Maria Sforcia Vicecomes dux Mediolani recuperavit dominium Janue et ambasiatores Janue pro huiusmodi negotio transiverunt per civitatem Terdone die sexta Novembris pro eundo Mediolanum ad presentiam prelibati principis.

I. 32. *tergo.*

Mcccclxxxviii, die sabati, sexto mensis decembris, in festo sancti Nicolai in mane fuit suspensus Angellinus de Medecina de Monte Acuto, super feria Terdone, existente Comissario dicto Domino Bernardino de Curte.

Mcccclxxxviii, die lune, octava mensis decembris, mortuus est et sepultus dominus presbiter Andreas De Ratis filius quondam domini Johannis. Et ea die cenavit in domo mei Laurencii de Opizzonibus dominus presbiter Quiricus de Paganis.

I. 32. *tergo.*

1489.

Mcccclxxxnono, die veneris, xxxiii mensis jaunarii, hora vesperarum: Ingressus est civitatem Terdone Illustrissimus D. D. noster D. Johannes Galeaz Maria Sforcia dux Mediolani et Papie Anglerieque Comes ac Janue et Cremone dominus etc. Quo tempore ego Laurencius de Opizonibus eram cancellarius comunitatis Terdone et alogiavit prelibatus Dominus in domibus episcopalis palacii et per dictam Comunitatem Terdone fuit factum (donum?) de sacchis xxxiiii, brandonis xi cere, rubis sex robiolarum, stario uno taratuforum, rubis duobus confecti zuchari. In Mediolano vero de uno bacile et uno bochale argenti fini; ita et taliter (quod fuit donatus) plus de libris mille, non computatis aliis expensis, etc.

Die vero dominico sequenti, xxv^a januarii, in festo etiam conversionis Sancti Pauli et in dicta civitate Terdone prelibatus D. D. Dux traduxit ad copulam Illustrissimam D. D. Isabelam eius coniugem, ablatricam Serenissimi Regis Ferdinandi Regis Sicilie, Neapoli etc. et in dicta civitate et domibus episcopalis palatii Terdone fuit consumatum matrimonium. Coram quibus prefactis Illustrissimis Dominis Duce et Ducissa debebat recitari per Derthoninum filium meum sonetus infrascriptus, sed non fuit data audientia: que autem fuerit causa nescitur: verum est quod dicta die dominica et aliis diebus precedentibus et sequentibus semper pluit.

Excelso duca, o cesare Novelo
Justicia cum forteza e temperanza,
Prudencia, fede, carità et speranza
Te fano triumfar sempre vivo e belo.
Se queste done terrai in tuo ostelo
Questa sedia te hano fato per toa stanza
E recorirano a te; farai sanza
Se a la Justicia torcesse el crin sugalo
E la ventura che ti mostra el crino
Non te dè tuto a lei, che l'è falaze
E me' che triumfar misso al declino
El mondo vede che mutation face
Che sia volubille tello per destino certo
E questo volle Dio perchè li piace.
Joanne Galeazo Duca di pace
Christo te exalta cum prosperidade
E guarda Derthona in sua bontade.

Infrascripta autem debebant recitari per Johannem Alexandrum, dictum Rodulfum, filium meum ut supra:

Dio ti salva, regina de li lombardi,
Consolacione de li desolati,
Via de li erranti,
Salute di quelli sperano in ti.
O serenissima Isabela fior dei vergine
Rende preghere al Prence tuo marito,
Per la salute de gli fidelli tuoi Derthonesi.

Ista alia infrascripta debebant recitari per Bernardinum filium meum :

In excelso trono vidi sedere principem quem adorat multitudo lombardorum psalentes in unum :
Ecce cujus imperii nomen est in eternum. Jubilate ipsi omnis terra, servite sibi in leticia.

Ista alia infrascripta debebant recitari per Jo. Filipum filium meum ut supra :

Signore le preghiere del tuo populo de Derthona supplicante, per la toa solita clemencia, mandele ad effecto, aciò che quele cosse sono da fare gli vadeno et quello sarà adimpito et che vederano perpetuo vagla e tenga.

Mcccclxxxviii, die veneris, xx februarii, nocte precedenti, mortuus est dictus presbiter Quiricus et sepultus dicta die veneris.

I. 32. *tergo.*

Mcccclxxxviii, die vii mensis Junii, in festo Pentecostes celebratum fuit capitulum provinciale fratrum ordinis predicatorum ad ecclesia Sancti Dominici Terdone dicti ordinis. In quo Capitulo interfuerunt fratres numero centum quinquaginta et quidam dominus frater Johannes Aluisius de Monteregali dicti ordinis predi-

cavit dicta die in ecclesia maiori Terdona et ipsi fratres dicta die fecerunt processionem per totam civitatem usque ad dictam ecclesiam maiorem et ipse predicator tamquam prudens et doctus bene et optime predicavit. Quo tempore incipiendo de mense Aprilis in civitate Alexandriae et successive apparuerunt et facta sunt multa miracula intercessionem et devocionem beate Virginis Marie et in dies multiplicata sunt ipsa miracula in partibus citrapadanis dicte beate Marie virginis, adeo quod verberatores dictarum parvulorum et etiam dicte civitatis Terdona ibant et iverunt ad dictam devocionem ad ipsam civitatem Alexandriae processionaliter cathervatim cum aliis diversis personis, etc.

I. 34 *recto*.

1490.

mccccxxxx, die xxvii mensis Januarii, hora tertia noctis precedentis, tempore sereno lucido et splendido, nocte tamen, tonitruum fortiter et apparuit cometa.

mccccxxxx, die ultimo Januarii, nocte sequenti interfectus fuit Christoforus de Montemerlo filius Ilarii super strata iuxta hostium Petri Ieronimi de Montemerlo qui fuit Joannis Stephani Pizinini.

I. 32. *tergo*.

mccccxxxx, die sabati xiii mensis martii, mortuus est illustrissimus dominus Carolus Dux Sabaudie in terra Pineroli Pedemontis, ut dicitur venenatus etc., relicto unico filio etatis mensium.....

Qui dominus dux Sabaudie alias expulsi illustrem dominum Lodovicum Marchionem Salutarum de dominio ipsius domini marchionis, cum adiutorio et viribus domini ducalis Mediolani et predicta fuerunt anno curso 1486 et 1487.

mcccclxxxx, die mercurii, secundo mensis junii, agressus fuit et vulneratus Henricus filius quondam Johannis Andree de Opizzonibus in nemoribus Surlarum eundo a loco Montisioci ad locum Turris Ratorum, et letaliter vulneratus fuit a Ruffino filio quondam Accorsini de Avolascha, Baptistino de Carnillia filio Clerici et Laurentio filio Bertholamei Johannis Georgii de Bagnaria. Et qui Henricus mortuus est ex dictis vulneribus in dicto loco Turris Ratorum die sabati proxime subsequenti hora prima noctis, quinto dicti mensis junii et sepultus est in Ecclesia Sancte Marie de Percio.

mcccclxxxx, de mense jullii, illustris dominus Ludovicus Maria Sforcia tunc Gubernator Ducalis domini Mediolani reintroduxit prefactum dominum Marchionem Saluciarum in dominio suo.

Millesimo suprascripto, die dominico xvii mensis octobris, apud hospicium Castellini de Montebore interceptus fuit Calligarotus de Zebedassio a Biglacho et sociis, qui Calligarotus fuit causa mortis suprascripti Henrici.

I. 34. *recto*

mcccclxxxx, die penultimo decembris, mortuus est Johannes Franciscus de Guidebonis filius quondam domini Dominici.

I. 6. *tergo*

Versus facti et publicati anno 1490 in laudem illustris domini Ludovici Marie Sforceie Vicecomitis ducis Barri ac totius domini ducalis Mediolani generalis Gubernatoris.

Chi fa, chi fa San Marco ? guarda ove lampeggia.
El Papa tradi dece e fa vendeta ;

El re Ferrando gioca a la zueta ;
El gran bisson che fa, che fa ? voltega.
Che fa Marzochò ? sotto aqua vagheggia.
L'aquila bianca un baston d'oro aspeta ;
La lupa trema et la pantera è streta ;
Genua che fa ? a l'usato vanegia,
Che la sega mangia da ogni parte.
Dimme tu ora Marte ove s'annida ?
Sta su in celo cum Vener desarmato.
Italia dorme in mezo de Crasso et Armida.
Fra magnanimi chori chi è nomato ?
Un moro sollo et non altro se crida
Quelo moro in che si fida
In due mane che ten chiuse
Et dove serra la pace in l'una et in l'altra la guerra.
Questui aduncha in terra
Un nuovo Augusto anzi è Cesar più degno
Et fra Jove et lui ha diviso el regno.

Finis.

I. 34. *tergo.*

1491.

mcccclxxxix, die Veneris, vii mensis januarii, tempore noctis et hora secunda et quarta noctis veniendo die sabati apparuit Cometa parva et visa fuit per me Laurencium de Opizonibus.

mcccclxxxix, die xxi Februarii, nocte sequenti contingit casus infirmitatis Ursine filie mee.

mcccclxxxix, die Veneris xviii marcii, videlicet nocte precedenti, mortuus est An... de Gentilibus caudicicus.

Millesimo suprascripto, die lune, xvi Aprilis, mortuus est Amadeus de Isembardis.

Millesimo suprascripto, die lune, xiii mensis Junii, captum fuit castrum Montis Calvi in Monteferrato a quibusdam latronibus numero octo, cum intelligentia cujusdam famuli castellani ibidem qui appellabatur il Papa mediolanensis, qui faciebat de cavagnis; et statim intra terminum horarum trium vel circha fuit recuperatum, imperante illustrissimo domino Bonifacio tunc Marchione Montisferrati. Antonius Maria de Sancto Severino, gener illustrissimi domini marchionis Salutarum, venit usque ad terram Belloti astensis cum militibus CL equestrium et CCC pedestrium.

I. 7. *tergo.*

Millesimo suprascripto, die xxiiii Jullii dominico, transivit per civitatem Terdone et pransus fuit illustris dominus Ludovicus marchio Saluciarum filius quondam bone memorie alterius domini Ludovici marchionis, quos patrem et filium cognovi ego Laurentius de Opizonibus.

I. 32. *tergo.*

Millesimo suprascripto, die vi decembris, mortuus est Christoforus de Opizonibus filius quondam Francisci filii quondam Princivallis, in loco Montisioci.

I. 34. *recto.* - I. 6. *tergo.*

1492.

mccccxxxii, die Sabati xiiii Januarii, Illustrissimus dominus Bonifacius marchio Montisferrati equitatus fuit ad suas terras Felzani, Casinarum et Refranchorii captas et sibi ablatas anno proxime preterito 1491, ab illustrissimo domino Ludovico gubernatore status ducalis Mediolani.

mcccclxxxii, die xviii, Januarii, mortuus est Girardus de Passalaquis filius quondam Antonii.

mcccclxxxii die xvi martii, mortuus est Nicolaus de Paganis.

mcccclxxxii, die lune, xi mensis junii, in festo Pentecostes baptizatus fuit illustrissimus dominus Franciscus Sforcia primus genitus illustrissimi domini domini Johannis Galeaz Mariæ Sforcie Vicecomitis ducis Mediolani et ego Laurencius de Opizonibus interfui in Mediolano dicto tempore in ecclesia maiori Mediolani.

I. 4. *tergo.*

mcccclxxxii, die ultimo Junii, mortuus est de morte repentina Johannes Azo de Ponzano, qui oppressus a quodam mulo cuiusdam mulionis die xxviii precedenti in festo Sancti Petri.

mcccclxxxii, die mercurii xxvi, Jullii, mortuus est Innocentius Papa octavus, ianuensis, in Roma et deinde electus Alexander Pape sextus, hispanus cathallanus, nepos seu filius quondam Callisti ollim pape.

I. 7. *tergo.*

mcccclxxxii, die x augusti, in festo Sancti Laurentii hora mane tempestive illustris dominus Hercules marchio estensis et dux Ferrarie transivit per civitatem Terdona eundo Januam et in ejus comitiva erant magnificus dominus Johannes Franciscus de Sancto Severino comes Caiacie et magnificus dominus comes Ugotolus Cribelus.

I. 34. *tergo.*

mcccclxxxii, die xxviii Augusti, mortuus est dominus Antonius de Guerris dictus de ministro.

I. 7. *recto.*

Millesimo suprascripto, die veneris xii octobris mortuus est in Viqeria dominus Carolus de Pizalibus.

I. 6. *tergo*.

mcccclxxxii, die xiiii octobris, Laurencius filius Francisci de Ratis interfecit Johannem Franciscum filium quondam Johannis Antonii de la Crota quondam Magistri Giroidi.

1493.

Nota quod dicto anno 1493 die xxv Januarii natus est primus genitus prefacti illustrissimi domini domini Ludovici.

Item et die sequenti xxvi, suprascripti mensis nata est filia prelibati illustrissimi domini Ducis Mediolani.

II. 205. *recto*.

1494.

mcccclxxxiiii die mensis februaryi mortuus est Rex Ferdinandus Rex Neapolis.

Millesimo suprascripto, die mensis Marcii mortuus est illustris dominus Bonifacius Marchio Montisferrati.

mcccclxxxiiii, die xiii Junii, nocte sequenti suspensus fuit Bochallinus de Hoxmo magnus armiger in civitate Mediolani super platea Castri Porte Jovis in ripa fossati eiusdem castri inter medium revellinum et Crucetam.

(13 *Giugno*). Prophecia pro Rege Francorum Carolo.

Carollus filius Ludovici ex natione Lillii habens frontem longam, supercillia alta, oculos longos, nasum aquilinum, quartodecimo anno suo coronabitur. Qui anno vigesimo congregabit exercitum magnum et omnes tirannos regni sui destruet et eos morte percutiet fugientes in montibus et in cavernis abscondentes se a facie ejus, nam sicut sponso sponsa erit iusticia associata cum eo.

Ad trigeximum annum adducet bellum Christianis subiugando Anglos, Insubres et Hispanos, Aragoneos et Berthogallenses, Barbaros, Itallos et Reges Christianos. Subiugabit Romam et Florentiam destruet et igne comburret poteritque sal seminari super terram illam: pravos et clericos qui sedem Petri invaserunt. Eodem anno duplicem coronam obtinebit. Postmodum mare transiens cum exercitu magno intrabit Greciam et Rex Grecorum nominabitur: aliquos Theucros, Hipperos barbaros illico subiugabit et Regna sua submittet, faciendo eis edictum quod quicumque Crucifixum non adorabit morte morietur. Et non erit qui ei possit resistere, cum brachium Domini semper cum eo erit. Dominium universe terre possidebit. His factis Sanctus Sanctorum vocabitur, veniens Hierosolimam, ascendens ad montem Olliveti, orans ad Patrem et deponens coronam a capite suo atque agens gloriam et honorem Deo Patri et Filio et Spiritui Sancto, cum magno terremoto et signis mirabilibus emittens spiritum anno regni sui quadragesimo primo.

Abbas YOVACHIMUS.

mccccxxxiii^o, die xiii mensis Junii, Ego Derthoninus de Oppizzonibus filius domini Laurencii, iussu et mandato dicti domini patris mei, registravi suprascriptam prophetiam, ipso patre meo legente, et regnante tunc temporis dicto Carollo Francorum rege, qui tunc

vociferabatur debere transire per partes Lombardie et Hitallie pro capiendo regno Neapollis quod tunc detinebatur per regem Alfonsum filium regis Ferdinandi tunc regem eiusdem regni.

Et die suprascripta Bonifortus de Vercellis filius quondam domini Francisci civis et notarius Terdone inquisitus a domino Aluisio de Alla cathallano tunc ex ducallibus vicariis et ob hoc detentus et arrestatus in citadella civitatis Alexandrie et inculpatus quod fabricaverat quoddam instrumentum falsum cuiusdam insolutumdatiois, dictus Bonifortus repertus fuit mortuus et proiectus in quodam puteo existente in dicta citadella dicte civitatis Alexandrie, relictis pannis seu vestibus apud ipsum puteum. Que falsitas, si que est, facta fuit et est et sic etiam fuit inquisitus Francischetus de Palma in cuius favorem facta erat ipsa insolutumdatio et de bonis hereditatis quondam domini Johannis Marci de Grassis. Que omnia facta fuerunt et sunt ad instigationem domini Jacobi de Bottis episcopi terdonensis hominis nephandi, qui isto tempore tot et tanta perficit et facit mallefacta, insolencias, rapinas, adulteria, falsus contractus et feneraticios, tenendo in discordia cives terdonenses, bona pauperum et ecclesiarum in proprios usus convertendo, iusticiam petentibus denegando, nedum in Curia sua, sed et denegari faciendo ad alia tribunalia ipsius civitatis Terdone, favendo maledicis et personis insolentibus et infamibus contra debitum iusticie, bonos vero opprimere et virtuosos oppressos tenere. Proh dolor! Deus omnipotens qui cuncta disponit et ordinat, sua solita clemencia et misericordia, omnibus istis provideat. Imperante tunc illustrissimo et excellentissimo domino domine Johanne Galleaz Maria Sforcia Vicecomitte duce Mediolani etc. ac illustri domino Ludovico Sforcia eiusdem patruo et generali gubernatore: quibus dominis erat aulicus et

peccuniarum seu intratarum eorundem administrator dominus Bergondus de Bottis frater dicti domini episcopi, cuius domini Bergondi vellamine et favoribus prefactus dominus Episcopus tallia perficiebat et committebat. Hec sunt pro memoria etc.

I. 377. *tergo.*

mccccxxxiiii, die lune xvi Junii, nocte sequenti hora quarta noctis mortuus est Antonius Cavalus filius quondam Johannis notarius qui habebat duas filias quas supponebat prefactus dominus Jacobus Bottus episcopus. Bonum sibi proficiat! et qui Antonius notarius etiam erat ad vota dicti domini episcopi ad deponendum testimonium falsum et ad fabricandum instrumenta falsa.

I. 377. *tergo.*

Millesimo suprascripto, die viiii augusti, mortui sunt Gabriel de Calzalaria filius quondam Illarii et Laurencinus de fulchignonibus de Cecima aromatarius.

mccccxxxiiii, die lune xviii mensis Augusti gentes armigere Regis franchorum fecerunt transitum per civitatem Terdone.

mccccxxxiiii, die dominico ultimo mensis Augusti, mortuus est dominus Cavalchinus de Guidebonis filius quondam domini Antonii, in domo domini presbiteri Mathei de Guidebonis. Qui dominus Cavalchinus tempore eius vite fuit et herat mallus homo, inimicus comunitatis Terdone et fere omnium affinium suorum et etiam inimicus maximus mei Laurencii de Opizzonibus et qui mortuus est absque confessione et Sacramentorum sancte matris ecclesie perceptione, nullo etiam condito testamento, relictis novem filiis masculis et tribus feminabus legitimis.

Millesimo suprascripto, die xiii octobris, mortuus est Cosmus de Ponzano filius quondam Antonii dicti Ricii, et mortuus in maxima dementia notoria, in qua stetit et perseveravit per spacium trium annorum et plurium ante eius mortem.

Millesimo suprascripto, die xx mensis octobris nocte precedenti mortuus est illustrissimus dominus dominus Johannes Galeaz Maria Sforcia Vicecomes dux Mediolani in Castro civitatis Papie, relicto post se Francisco Sforcia eius unico primogenito et filio infante, et in ducatu et dominio successit illustrissimus dominus Ludovicus Maria Sforcia patruus etc. tunc existente serenissimo rege Karollo Francorum in terra Florenzolle diocesis placentine. Qui prefatus dominus illustrissimus Dux Johannes Galeaz fuit et erat etatis annorum xxv et mensium trium vel circha. Quo tempore etiam de dicto anno de mense septembris cecidit manna super arboribus gabarum in partibus terdonensibus et citrapadanis et de eo fuit recollectum in maxima quantitate et venditum aromatariis et per ipsos aromatarios emptum in magna quantitate et Johannes Jacobus filius mei Laurencii de Oppizonibus colligebat et collegit de dicto Manna. I. 7. *tergo.*

Millesimo suprascripto, die xxi octobris, mortuus est Cristoforus de Guidebonis quondam Marciani.

Millesimo suprascripto, die dominicho xxvi mensis octobris, mortuus est Bertholamens de Ratis filius quondam Christofori civis Terdona in Civitate Mediolani tunc secretarius consilii ducallis secreti.

Millesimo et die suprascriptis mortuus est Bartholomeus de Rampinis de Sancto Aloixio in loco reducti apud villam Romagnani.

Millesimo suprascripto, die Jovis xxvii mensis novembris, mortuus est dominus Innocentius de Cereto legum doctor.

I. 6. *tergo*.

1495.

mcccclxxxv, die veneris xvi mensis januarii nocte precedenti mortuus est Johannes Marchus Georgius de Guidebonis filius quondam Dominici.

mcccclxxxv, die xxiii Februarii Karolus Rex Francorum, personaliter ibidem existens, adeptus fuit dominium civitatis Neapoli et regni Scicillie.

I. 371. *recto*.

Millesimo suprascripto, die iii julli, mortuus est Petrus Bragherius filius quondam Ricardi de loco Vulpeculi in civitate Terdome.

I. 7. *tergo*.

mcccclxxxv, die sabati v septembris, mortuus est Florius de Gentilibus morte repentina. Qui repertus fuit in lecto inductus diploide mortuus.

mcccclxxxv, die xxvii octobris, nocte precedenti mortuus est Illarius de Montemerlo quondam Christofori.

I. 8. *tergo*.

Millesimo soprascripto, die vi decembris, mortuus est dominus presbiter Thomas de Ratis.

Millesimo soprascripto, die mensis decembris mortuus est Rex Alphonsus olim Rex Scicillie et Neapolis.

I. 20. *tergo*.

